2500

casuis Dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem Ultra proximos Terminos Officij præfati Castren Capitan Praemislien Dilationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones Appellationes ac earum prosequutiones faciendo, tum præmissa omnia praeiudicantibus Vel triplicatis euasionibus, Suspensionibus, fatalijs Iuris Tribunali Terrestri bello Connectioneq ac alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec quouis modo euadendo, præsenti sua Recognitione ad præmissa omnia Mediante.

Pilecki Consorti Reformat.

344 Comparens personaliter Coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitan Praemislien Gnosus Alexander Pilecki olim Gnosi Ioannis Pilecki cum olim Gnosa Catherina Dezierska Consorte eiusd Ltima procreatus Filius Sanus mente et Corpore existens, a Terrenis Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo, præsenti vero Castren Capitan Praemislien Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, Secum successoribus bonisq Suis paternis omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo, palam, libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Gnosa Teresia Potrzykowska olim Gnosi Stephani Potrzykowski cum olim Gnosa Zaczynska Consorte ipsius Ltima procreata filia Sui Vero Ffratris Consorti Ltima, eiusq posteris, Summam Mille florenorum polon ratione Verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam importatae, nec non aliam similem Summam Mille floren polon ratione Certi, Veri, Iusti,

Solu

Veri, iusti, et liquidi dotalitii in et sup tota et integra medietate bonorum suorum patrimonium hereditariorum obligatoriorum, mobilium et immobilium summarumq quarumuis pecuniariarum nec non auri, argenti, clenodiorum, vasorum, margaretarum vestium vestimentorum stanni, aeris cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum equirea, ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit dotauit, dotalitiauit, inscripsit et reformauit prout dat dotat dotalitiat inscribit et reformat praesens per ipsam Gnosam Teresiam Lotrykowska sui recognoscentis consortem legitimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum praetorum omnium cum vniuersis ipsorum vtilitatibus, et vsufructibus competentiisq et praerogatiua quauis tenendi habendi et possidendi illisq quiete et pacifice vti fruendi ac ad vsus suos, et suorum successorum pro suis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae obseruari solitarum.

Hermanowskie Succores Poremskie Quietant. 345

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus castren capitan Premysliensis Gnosi Martinus Ioannes Alexander et Christophorus Hermanowscy, ex Gnoso Alberto Hermanowski cum olim Gnosa Helisabetha de Vrsko Dunikowska consorte eius legitima procreati filij et successores legitimi. Sani mentibq et corporibus existentes a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero castren capitan Premysliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum successoribus bonisq suis praetoriis omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo, palam, libere palam et per expressum recognouerunt. et quilibet illorum seorsim suo printeresse recognouit. Quia ipsi Gnosas Christinum,